



DEBITVM PIETATIS
IN EXSEQVIIS
NOBILISSIMAE AC PRAECLARIS CONSPICVAE
VIRTVTIBVS MATRONAE,

ELEONORAE,

NATAE
KVPITIAE,
VIRI MAXIME REVERENDI ATQVE
AMPLISSIMI,

IO. HENR. MICHAELIS,

S. THEOL. ET OO. LINGG. PROF. P. ORD.

CONIVGIS,

DVM VIVERET, CARISSIMÆ,
NVNC DESIDERATISSIMÆ,

d. XXIX. Oct. cl. lxxxl.
HVMANIS REBVS EXEMTAE,

ac d. i. Nouembr.
IN GLAVCHENSI AD HALAM

COEMETERIO

CHRISTIANIS RITIBVS TVMVLATÆ,
ERGA

MOESTISSIMVM VIDVVM,

AVVNCVLVM SVVM HONORATISSIMVM,
MOESTVS EXSOLVIT

M. CHRISTIAN. BENEDICT. MICHAELIS,

Fac. Philof. Adiunctus.

HALAE MAGDEB.
Litteris STEPHANI ORBANI, Acad. Typ.



DEPARTMENTALIS
 NOTISSIMA AC LITERARIS CONSPICUA
 VITAE MATRONAE
ELISABETHAE
 KATHOLICAE
 VIRI MAXIME VERENDI ATQUE
IOHANNIS MICHAELIS
 S. THEOLOGICAE PROF. P. ORD.
 CONIUGIS
 DVM VIVENS CARISSIME
 AMICIS
 AMICIS
 IN GRATIA SACRAM
 CONSISTENTIO
 CHRISTI LITURGICAE
MORSTISSIMVM VIVVM
 M. CHRISTIAN BENEDICT MICHAELIS
 1844
 1844
 1844





Tridula disruptis sua sibila ventus habenis
Torfit; confregit plurima tecta domus;
Comminuit lapides, dissecit frondis honores;
Arboris haud radix inuiolata fuit:
Tandem concubiam post noctem murmura
rauca

Colligit, & flando fessus in antra redit.
Pallida jam Phoebe fratri concesserat orbem,
Visa fuit facies conciliata poli:
Dum noua tempestas oritur vehementior illa.
Illa domus tectum, pectus at ista petit;
Exteriora domus quatit hæc, quatit illa columnam,
Cui pars totius nixa secunda domus;
Hæc contenta fuit fregisse, & fracta reliquit,
Illa sed vt fregit, fracta tulisse iuuat.
Spes, fore, vt hic esset morbus noua causa salutis,
Nostra fuit; mortis sed noua causa fuit.
Quodque magis tangit, simul est noua causa doloris;
Vix Patrem ob amissum qui renouatus adest.
Si proles superesset, erat spes vnica Patri:
Hanc etiam voluit Numen abesse Tibi.
Vulnera sed quare, quæ sunt obducta, reduco?
Quale est solamen tot renouare mala?
Nam quæ longa dies fedauit vulnera mentis,
Intempestiue qui mouet illa, nouat.

Scilicet

Scilicet vt possem Te confirmare, docentem,
Aduersos casus semina ferre boni.
Non opus exemplis, Tibi copia suppetit ampla:
Exemplar lobi plurimum ad instar erit.
Arbor vt est fragilis, creuit quæ in vallis aprico,
Vt spirat ventus, corruiat atque cadit;
At quæ vexatur, constringitur atque recuruas
Radices figit certius atque locat:
Pallefcit tiro, quam primum vulnera sentit;
Vulnera vulneribus Mars repetita videt.
Ventus vt, occurrant nisi fortia robora filuæ,
Amittit vires in vacuoque filet;
Vtque perit magnus nullis obstantibus ignis:
Sic, aduersa bonis deesse, nocere solet.
Non in deliciis habet, induratque probatque
Quos amat, exercet, præparat atque sibi.
Exagitat damnis Deus, atque doloribus addit,
Rebus vt in duris robora vera legant.
Hinc animum retrahas a multis fletibus, oro:
Nil iuuat amissa Coniuge flere diu.
Ipsaque, dum poterat, lacrimas inhibere iuebat,
Comprimeres luctus, sæpe rogabat; ait:
Te mea ne cruciet mors, perquam care Marite,
Sed sim tristitiæ causa modusque Tua.
Dum voluit Numen, coniunctaque vita fidesque
Nostra fuit: cessant per breue tempus ea.
Prægredior, Christi diuinaque regna capello,
Perfruo æterna lætitiæque poli:
Te seruat terris, vt possis fœnore multo
Reddere credenti credita dona sua.
Hæc Tibi sufficiant; nunc vltima percipe vota:
Sit Tua pax Christus, care Marite, vale.

†
†
†

2°

Gb 956,

ULB Halle
001 594 751



3

St 12

Walter Becker
Buchbinderei
Halle, Thüringer Str. 24

WONA





DEBITVM PIETATIS

IN EXSEQVIIS

NORILISSIMAE AC PRAECLARIS CONSPICVAE

TVTIBVS MATRONAE,

EONORAE,

NATAE

VPITIAE,

AXIME REVERENDI ATQVE
AMPLISSIMI,

NR. MICHAELIS,

L. ET OO. LINGG. PROF. P. ORD.

CONIVGIS,

VM VIVERET, CARISSIMÆ,

NVNC DESIDERATISSIMAE,

d. XXIX. OEt. cl. lxxxcl.

MANIS REBVS EXEMTAE,

ac d. i. Nouembr.

IN GLAVCHENSI AD HALAM

COEMETERIO

CHRISTIANIS RITIBVS TVMVLATÆ,
ERGA

STISSIMVM VIDVVM,

VNCVLVM SVVM HONORATISSIMVM,

MOESTVS EXSOLVIT

CRISTIAN. BENEDICT. MICHAELIS,

Fac. Philof. Adiunctus.

HALAE MAGDEB.

Litteris STEPHANI ORBANI, Acad. Typ.

